Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

beatitudinis premia con-
tulisti concede propicius:
ut qui peccatorum nostrorum
pondere premimur: eius
apud te precibus suble-
uemur. Per. Sec. Annue
nobis domine ut anime
famuli tui Gregorii hec
prosit oblatio quam immo-
lando tocius mundi tri-
buisti relaxare delicta. Per.
Deus qui beatum Co.
Gregorium pontificem
sanctorum tuorum meritis co-
equasti. concede propicius.
ut qui commemorationis
eius festa percolimus uite
quoque imitemur exempla. Per.
Deus In annunciatione. Or.
qui de beate
te marie uirgi-
nis utero uerbum tuum an-
gelo annunciante car-
nem suscipere uoluisti.
presta supplicibus tuis ut qui

uere eam dei genitricem
credimus. eius apud te
intercessionibus adiuue-
mur. Per. Sec. In menti-
bus nostris domine uere fidei
sacramenta confirma. ut
qui conceptum de uirgi-
ne deum uerum et homi-
nem confitemur per eius sa-
lutifere resurrectionis
potentiam. ad eternam
mereamur peruenire leticiam. Per.
V eterne deus. Pfa.
Et te in annunciatione.
Graciam tuam domine Co.
mentibus nostris infunde.
ut qui angelo annuncia-
ante christi filii tui incar-
nationem cognouimus. per
passionem eius et crucem
ad resurrectionis gloriam
perducamur. Per. alia Ad-
esto domine populo tuo ut que
sumpsit fideliter: et men-
te sibi et corpore beate omnia

De s. Gertrude
De s. Benedicto [illegible]